



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

6.  
LAURENTII REINHARDI,  
**HISTORIA**  
**JURISPRUDENTIÆ**  
**NATURALIS**  
IN QUA  
VARIA  
HUJUS DOCTRINÆ  
FATA  
*SECUNDUM SERIEM*  
TEMPORUM RECENSENTUR.



*L I P S I A.*

Impensis JOHANN. CHRIST. MARTINI,  
M DCC XXXV,



MECÆNATI MAGNO,  
VIRO  
PERILLUSTRI, GENERO-  
SISSIMO atque EXCEL-  
LENTISSIMO,  
DOMINO  
FRID. GOTTHILF  
MARSCHALL  
Dicto GREIFF,  
Dynastæ in Einged, Erlebach, &c.  
Sereniss. Duc. Saxo-Vina-  
riens. Primo in republica admi-  
ni-

nistranda Administro, Consiliario intimo, Cancellario, & aerarii provincialis Directori primo præfecturarum Roslensis & Gebstadiensis Capitaneo supremo, & curiæ provincialis Saxonicae, quæ Jenæ est, Adfessori gravissimo, singulare Franconicae Nobilitatis ornamento, *Domino gratosissimo,*

ET

ET  
VIR O  
ILLUSTRI atque EXCELLEN-  
TISSIMO,  
DOMINO  
CHRISTIANO WILH.  
LOESCHERO,

J. U. Doctori longe celeberrimo,  
Senatus Ecclesiastici Saxo-Du-  
calis Vinariensis Antistiti & Con-  
filiario Aulico,

Qui simul præfecturæ Vinariensi  
cum laude præst,  
*Literatorum Patrono incluto,*

S. P. D.

LAURENTIUS REINHARD.

DC 3

VIR

VIR PERILLESTRIS  
atque GENEROSISSIME, DO-  
MINE ET MECÆNAS GRA-  
TIOSISSIME!

VIR ILLUSTRIS,  
DOMINE ac PATRONE  
OPTIME!

**C**mplures sunt caußæ, qui-  
bus ad id adductus sum,  
ut VOBIS præsertim, VI-  
RI EXCELLENTISSIMI, ex-  
iguum bunc libellum dedica-  
rem. TU enim, Perillustris  
Domine MARSCHALL, cer-  
tissimum illud es fulcrum, quo  
me-

meliorum litterarum splendor ac  
flos, plurimorumque eruditio-  
nis solidioris studiosorum homi-  
num salus, nititur. TU vero,  
Illustris LOESCHERE, is es,  
qui ob eximiam curam, quam  
adhuc de re ecclesiastica atque  
scholastica egisti, immortalem  
gloriam consecutus est. Leve  
hoc est, quod VOBIS nunc of-  
fero, munusculum; verum quo-  
niam inclita nomina VE-  
STRA eidem præfigere ausus  
sum, quod, ut spero, gratiose  
ac benevolo feretis animo: in  
certissimam ingredior spem, fo-

(4) re,

re, ut vel propter singularē  
nominū VESTRORUM  
splendorem cum adplausū docto-  
rum virorum excipiatur. Va-  
lete, VIRI EXCELLENTIS.  
SIMI, meque, hominem VOBIS  
devotum, patrocinio VESTRO  
haud indignum judicate. Hoc  
rogo, hoc ea, qua par est, ani-  
mi submissione precor. Scripsi  
Hildburghusæ die XXII. Febr.  
A. Q. R. M DCC XXV.

R  
doi  
I.  
T.  
H.  
B.  
**Lectori benevolo**

S. P. D.

**LAURENTIUS REINHARD**

Sch. Hildburghus. Con-Rect.


**P**AUCIS abhinc mensibus foras de-  
di compendium historia philosophica. Quam benevole illud a  
multis viris eruditionis laude cla-  
rissimis exceptum fuerit, testantur  
atque comprobant illorum epistola ad

me perscripta: in quibus amice me ad-  
hortati sunt, ut postero tempore, sila-  
borum meorum scholasticorum ratio id  
permitteret, ad peculiaria quedam  
philosophicae historiae capita verbosius  
illustranda meum adplicarem ani-  
mum. Ut itaque publice commonstra-  
rem, quam libenter tantorum viro-  
rum votis satisfacere vellem, hanc,  
qua nunc TUO conspectui exponitur,  
jurisprudentia naturalis historiam ty-  
pis committere constitui; studiose  
pollicitus, me insequenti tempore, si  
**DEUS** benignissimus otium mibi lar-  
gitus fuerit, plura schediasmata ad  
historiam philosophiae pertinentia esse  
edi-

editurum. Vale, amice lector, me &  
mare meosque conatus adjuvare per-  
severa. Scripsi Hildburghusæ die  
XXII. Februarii anno post saluti-  
ferum Mariae Virginis partum

M DCC XXV.

Index



# Index Capitum.

I.

De statu Juris Naturæ apud Græcos.

II.

De statu J. N. apud Romanos.

III.

De jurisprudentia naturali veterum ecclesiæ doctorum.

IV.

De statu J. N. ævo scholasticorum.

V.

De restauratione juris naturalis facta  
per

per Hugonem Grótium; ubi sīmul  
de interpretibus Grotiani operis plu-  
ribus differit.

VI.  
**De Jo. Seldeni Jure Naturæ & Gentium**  
secundum disciplinam Hebræorum.

VII.  
**De Thomæ Hobbesi libro de cive.**

VIII.

**De Samuelis Pufendorfii meritis in Jus**  
**Naturæ.**

IX.

**De meritis Christiani Thomasi ejusque**  
**adseclarum in J. N.**

X.

**De meritis J. N. Hertii J. F. Budbei, G.**  
**Bey-**

Beyeri, & J. B. Wernheri, in juris-  
prudentiam naturalem.

XI.

De scriptis Cocceji, Kestneri, Titii atque Rechenbergii huc pertinentibus.

XII.

De libris N. H. Gundlingii, A. Rüdigeri, C. Wolffii, S. H. Musæi, & aliorum, J. N. illustrantibus.

XIII.

De Mich. Henr. Gribneri in J. N. meritis.

XIV.

De libris A. F. Glaféji, Wagneri, Hombergkii, & J. J. Syrbii, huc pertinentibus.

XV. De

XV.

De scriptoribus juris gentium specia-  
tim.

XVI.

Exhibens historiam doctrinæ de legi-  
bus divinis positivis universalibus.



P. S.

M. S. 17. Q.

ad hoc p[ro]mulgatae sunt auditorij libelli

anno

## IVX

libelli p[ro]mulgati sicut etiam illi anno 1571  
aut libellus p[ro]mulgatus anno 1571.

P. S.

Dum hic libellus prodit in lucem, in conspectum auctoris venit Georgii Andree Vinboldi, scholæ, quæ Cygneæ floret, Rectoris dignissimi, nucleus juris nature, in quo præcipua hujus doctrinæ capita ex dignitate hominis naturali per nexus demonstrativum deducuntur & explicantur. Libellus iste in elegantissimo omnia exhibet ordine, & multa singularia continet. Iterum vale, lector candide, mihique fave.

Q.D.B.V.



-olgenti. Et tali signore abzobrunt  
non auctus. Quodcumq[ue] s[ecundu]m sup[er]as...  
et oppositum. **CAP. p[ri]m[u]o**: In primis enim  
etiam in locis inaccessis. Non nisi b[ea]tus  
m[er]itis ep[iscop]i et aliorum. Cum h[ab]ent etiam si  
**Statu[re] fun. Nat. apud Gracos.**

Et quia s[ecundu]m illius modi etiam etiam  
et hoc est invenimus in seculis. Quicquid ita  
**E**t si reliqui philosophi. qui So-  
critis et etratis acutis. antea efforuerunt. hi-  
cetus ius doctrinam philosophiae non  
plane fuerint rudes atque expar-  
tes; Socratis tamen prius est.  
qui de jure naturae accuratius papulo dis-  
seruit. Primo enim in *practicis disci-*  
*plinis demonstrationes dari adseruit (a).*  
Deinde naturae legem omnium gentium  
cordibus inscriptam egregie explicitit.  
De Deo praetare sensit. existentiam illius  
varnis argumentis comprobavit. & de  
concedit quod sicut in locis inaccessis.

**A**cul-  

---

**(a)** Vid. celeberrimi Jo. Clerici silvas phisolo-  
gicas. Eschinis tribus dialogis subiunctas.  
cap. 3. Ing[en]iūm m[od]estūm. 1810.

cultu ipsi exhibendo bene exposuit. (6) Quod ad officia hominis erga scipsum attinet, & curam mentis, & curam corporis suis commendavit auditoribus: preterea docuit, *αὐτοχειρίαν* esse illicitam; gloriam atque honores, virtutis fructus, non debere rejici neque contemni; neque opes ad vitam sustentandam necessarias esse negligendas. De officiis erga alios, tum his, quæ stylo Pufendorfiano ~~per se~~ obligationem habent, tum illis, quæ imperfekte obligant, magna cum gravitate ac veritate præcepit. Illa quoque officia explicuit, quæ certum statum advenitium supponunt. Confer *Celeberimi Jac. Guitelmi Fenerlini dissertationem de iure naturae Socratis*, Altdorf anno 1719. habitam; & summe reverendi *Christ. Frid. Ber-*

(6) Qyoniam Socrates unum supremum nomen statuit, a paganis polytheismi amantibus odio habebatur illius philosophia; ideo deinceps, ne memoria ipsius esset odiosa, discipuli ejus præceptorem suum a monotheismi suspicione liberare studebant. Qvo factum, ut quidam recentiorum polytheismi & idololatriam eidam exprobraverint. At inique hos egisse, nemo non intelligit.

Bærneri orationem de Socrate, Lipsiae an.  
1707. habitam ac typis exscriptam.

§. II.

*Plato* quoque de jure naturæ egregie haud raro præcepit. Et si theologia ipsius multos habuerit defectus (*c*) illi tamen admodum inique agere videntur, qui atheisti eundem adnumerant. Culrum divinum suis commendaturus ad preces ad famam Deum fundendas eos adhortatus est, & per has virtutem impetrari posse adseruit. Officia hominis erga seipsum explicatus comprehendavit cognitionem sui, purgationem animæ a labe corpora, introversionem in se, & adscensionem in Deum (*d*): hisque opere utrum impetrari posse contendit. Quid de officiis hominis erga alios docuerit, recenset *Magnus Daniel Ometius In theologia Platonica*.

§. III.

In libris moralibus Aristotelis nihil fe-

(c) De defectibus theologiae Platonicae duas eruditas dissertationes clarissimus Jo. Frid. Wucherer Jenæ edidit.

(d) Conf. summe reverendi J. F. Buddel dissert. De anima philosophica, & dissert. De natura pycnagogi-Platonica.

re reperitur, quod huc pertineat, Nam moralis philosophia apud hunc philosophum nihil est aliud, quam prudentia politica & disciplina decori vita hujus ambitu inclusa. De pietate philosophica seu religione naturali nihil docuit, (e) neque de officiis erga nosmetipso, & alios quidquam perfecte precepit.

Et hoc s. dñi IV, anno millesimo. Negat Epicurus majori laude a plerisque, censetur dignus. Dixit quidem, se Deum colere, solum ob sumptum praestaniam; & si haec serio dicta fuissent, ad amorem Dei purum referri possent; verum haec serio dicta fuisse a plerisque negatur (f). Officia erga nosmetipso, conuenienter datus natura, convenienter suspenduntur esse adserantur, nam omnis philosophia finem statuit voluptatem, hoc est, abscessum doloris ab anima & corpore. Officia

III.

hu-

(e) Conf. celeberrimi Jo. Georgii Bakii commentatio de arboreismo Aristoteles, quam parergis suis academicis inseruit,

(f) Vnde celeb. patr. Guil. Feuerlini tabul. philosophie tab. VI. & magni J. F. Buddei thes. de Arboreismo cap. I. l. 19. p. 68. qui existimant, Epicurum ab atheismi suspicione haud posse liberari. Addit. Buddei dissert. de Neptunismo marini.

humanitatis aliis præstanda esse docuit, suisque obsequium erga magistratus commendavit. Vide Petri Gassendi *Butagma philosophie Epicuri*.

## S. V.

Denique ad Stoicos accedo. Hi et si secundum sectarę suę principia de Deo non poterant perverse admódum sentire, id quod fatus Stoici malignitas ostendit; externam tamen virtutem sectati sunt, sive quod animi tranquillitatem inde sperarent, sive quod ab alias rationes id sibi expedire credebat. Principes horum fuerunt M. *Aurelius Antoninus* & *Epicurus*. Pletique tamen maximi fuerunt hypocritæ, id quod ostendit *Fridericus Rappelius* in *Commentarij in Horaci libr. II. satyr. III.* Multa habent, quæ Christianorum dogmatibus prope accedere videantur; sed si larvam detraxeris, anguis sub herba latens adparebit. De eradicandis adfectibus multa verba fecerunt; sed auctoribus licet esse temere adfirmarunt: itaque officia hominis erga seipsum male tradidérunt. Pleraque imo omnia eorum dogmata de officiis hominis erga alios falso nitantur fundamento. Ideo enim *omnes homines diligendos esse dixerunt,*

quia opinati sunt, omnes esse membra iuris universi: docuerunt enim, omnes sentientiae divinæ per universum orbem diffusæ factos esse participes. Vide J. F. Buddei dissert. IV. de erroribus Stoicorum.

C A P. II.

DE

*Statu f. N. apud Romanos.*

§. I.

**Q**uemadmodum Romani omnem philosophiam a Græcis acceperunt (g), ita quoque celebriores Græcorum sententiae complures ad seelas noctes sunt apud Romanos. Quod speciarim statum jurisprudentiae naturalis apud Romanos attinet, multorum Romanorum philosophorum sententiae ex placitis Græcorum debent explicari.

§. II.

(g) Videatur cap. IV. compendii historia philosophia, haut ita pridem a me editi, & Paganini Gaudenii rarus liber de origine & progressu philosophie apud Romanos. Ceterante bellum Bticum secundum Romanos de philosophia cultura parum fuerunt solliciti, & in id potissimum incubuerunt, ut leges duodecim tabularum diligenter cognoscerent.

## §. II.

Si senioris Catonis *carmen de moribus*, ejusque *praecepta ad filium*, & reliqua ejusdem scripta *moralia* hodie adhuc existarent, certo fortasse *djudicare possemus*, quid ad incrementum jurisprudentiae naturalis contulerit. Hujus ex filio nepos *Cato junior*, etsi id, quod in *moribus decorum* est, saepius neglexit, certroquin tamen in vita sua ostendit, ab ipso observatas fuisse regulas, quæ tradit *jus publicum universale*; nimirum pro ratione & conditione reipublicæ Romano-rum: Stoicorum dogmatibus obtemperatus mortem sibi concivit.

## §. III.

*M. Tullius Cicero alias Platonem* ejusque philosophiam maxime amabat, veruntamen cum aliqua ab eo dissentendi libertate: In libris vero *de officiis* Stoicorum dogmata ceterorum philosophorum sententiis anteposuit, quia ipsi videbantur simillima vero. Philosophiaz cultoribus idcirce illas horum librorum editiones commendo, quas *Fridericus Hildebrandus*, & *Jo. Michael*

# §. V. HISTORIA.

Weinrichius, (b), dibi literato exhibuerunt: ille multa loca ex historia philosophiae Stoicæ explicuit; hie & obscuriora loca illustravit, & singula capita in elegantissimas tabulas rededit, easque capitibus praefixit. Confer Celeberrimi Gottlieb Stollii historie der beydnisfaren Morale, S. 173, seqq.

## §. IV.

Proximum a Cicerone locum sibi vindicat L. Annaus Seneca. Hic ab aliis nimium laudatur (i), ab aliis vero nimium vituperatur (k). Sæpe quidem magna imaginationis vi abruptus ab regia veritatis via aberravit: at saepissim quoque verissime philosophatus est: Stoicorum sectæ addictus fuit. Optimam illius scriptum, quod universam doctrinam moralem

con-

(b) Doctissimi hujus viri editio prodit Coburgi an. 1720, in 8.

(i) Speciatim a Justo Lipsio in manuductione ad philosophiam Stoicam. Qui Sene-  
cam Christianum fuisse adserunt, erudite confutati sunt ab Aegidio Strambio in Dis-  
sert. de christianismo Seneca; adde Jo Gottl.  
Heineccius Dissert. de philosophis sensibristi-  
apis.

(k) Vid. Stollius libro citato p. m. 455. 456.

continuit, perit. In illis vero libris, qui adhuc supersunt, multa reperiri, quæ ad ius naturæ illustrandum spectant, idem celeberrimus Stollius in libro antea citato luculenter ostendit, §. CCXVI. sqq.

## §. V.

Senecæ merito suo adjungitur C. Musonius Rufus, eques Romanus & philosophus Stoicus. Joannes Stobæus in sermonibus suis multa librorum Musonii fragmenta nobis conservavit, quæ aliqua ex parte. huc pertinent. De reliquis philosophis Romanis verbose satis differit doctissimus Stollius in libro jam laudato.

## C A P. III.

## DE

# Jure Natura veterum ecclesiarum Christianæ doctorum.

## §. I.

**O**rdinis ratio ad veteres Christianæ ecclesiarum doctores me dicit, quos sanctior antiquitas patrum loco coluit. Horum plurimi solum data occasione opportuna hanc, quæ de officiis agit, moralis doctrinæ partem attigerunt: quidam vero ex instituto eandem pertractarunt. In illorum numero principem

A 5

lo-

locum obtinent *Basilius Magnus, Gregorius Nazianzenus, Joannes Chrysostomus, Clemens Alexandrinus, Gregorius Nyssenus, Lactantius, & alii* (l) : inter hos vero eminent *Ambrosius*, priscæ ecclesiæ summum decus. Hic ad imitationem Ciceronis tres libros *de officiis* (m) confecit ; huncque magna cum solertia de officiis præcepisse, magnus *J. F. Buddeus* adserit in *bistoria juris nature* §. IX. nec non in *prolegomenis secundæ parti theologie moralis* præmissis §. XVII.

## §. II.

Verum enim vero prisci patres de *capitibus fidei* magis fuerunt solliciti, quam de doctrina morali. Deinde hanc de officijs doctrinam magis *parasitice seu sub forma adhortationum proposuerunt*, quam

(l) Vid. *B. D. Michaelis Færsschi* dissip. de *jurisprudencia naturali christiana veterum ecclesiæ doctorum*; & *Joannis Barbeyracis* præfationem versioni Gallicæ majoris operis Pufendorfiani præmissam, hujusque §. 9. Qvam multum effatis *parum ipsum Hugo Grotius* tribuerit, ex variis locis operis de jure belli & pacis potest.

(m) Hi editi sunt a *jo. Henr. Baclero*; & postea ab antea laudato *Færsschio* anno 1699. *Stutgardiz.*

quam in ordine systematico; si a solo discipulo Ambroſio: qui itaque systema aliquod naturalis jurisprudentiae in illo-  
rum scriptis quæfiveris, operam perdes.  
Porro discrimen illud, quod inter theolo-  
giam revelatam moralē & inter jus na-  
turae intercedit, haud satis accurate ob-  
ſervaverunt: Neque in illa feliciter pro-  
gressi poterant, quoniam hoc minus di-  
ligenter tum excultum fuerat.

## §. III.

Denique laudati patres doctrinam *de  
conscientia* fere prorsus neglexerunt; &  
admodum raro in explicandis peculiari-  
bus casibus ea, qua pars est, diligentia ver-  
fati sunt: si a celebratissimo *Augustino* di-  
scipulo, qui de applicatione legum di-  
vinarum ad facta singularia fuit sollicitus.  
Confer celeberrimi *Gottlieb Stollis* præ-  
fationem versioni Germanicæ *theologie  
moralis* *Joannis la Placette* anno  
**M DCC XIX.** præmissam, & *B. D. Geb-  
hardi Theodori Meieri* introductionem in  
universum *theologiam moralis* studium.

## C A P. IV.

## DE

*Statu jurisprudentia naturalis  
aeo scholasticorum.*

No.

**N**olo hic repretere, que alibi de origine Scholasticæ philosophiae referruntur. Motæ sunt Adami Tribberborii & Jacobi Thomæ, celebratissimorum virorum, hac de re computationes. Paucis tantum hoc loco commemorabo, quam paupum ad assecuratiorem diligentemque juris naturæ culturam Scholastici conculerint.

## §. I. II

Caput suum, bi hominaciones magis tricisque metaphysicis impleverant, impatisque abstractionibus fuerunt adfuerit, atque, summa imis & profundisque quadrata miscuerunt. Quando de officiis hominum & de questionibus juris naturæ disseruerunt, jus naturale cum iure canonico atque cum sacra scriptura confuderunt, & ineptis distinctionibus usi sunt.

## §. III.

Præterea statuebant, *actus pen se honestos & turpes*, adserentes si vel sana ratio nullam legem dictaret, ea tamen omnia fore bona, quæ nunc laudantur, ea ex adverso fore turpia, quæ nunc culpanatur. Verum quam longe a veritatis trinitate recesserint, & per se omnibus adaptaret,

ret, & a clarissimo Delicato et Friderico Glafieja ostensum est isti Verponfii und Yalchet. Repp pag. 17. &c. 18. Reliquos ignoramus propter erroris pretermissio[n]em. Paucis multis dicam; Scholasticorum liberius naturae cultoribus habili adserunt utilitas, sed plurimum iderrimenti. Horumque doctrina deinde a recentioribus Scholasticis non remenda sed multis etiisibus novis penitus conspiciata refuta; quod duxit inter ostendit magnus. f. E. Budens der bishw. mo. s. XII. seqq. ut suagrummi primis perniciose de probabilitate opinionis usum sententia multum noruit hujus discipline studio. Confer. & Du zo. Etat. Mayeri bibliothecam scriptarum i theologie moralis Pontificis religiosi adductorum, quam Br. D. AEgidij sequitur theologiae morali subianxit.

**Restauratio Juris naturalis facta per Hugo[n]em Grotium.**

Nicolaus Hemmingius primus fuit (n), qui

(n) Ex iis enim quæ Philippus Melanchton in sua philosophia moralis epitome docuit, partim lucis adparebat.

qui rejectis Scholasticorum nugis iaurili-  
bus & tricis difficultibus, dedicorum mo-  
re philosophari coepit; id quod ejusdem  
*apodictica methodus de legi nature*, Wit-  
tembergæ anno M D LXII, edita, liqui-  
do confirmat. Libellus hicce rariaribus  
scriptis adnumerandus est. Celeberrimi  
mus *Gordieb Stollius*, in cuius locupletissima  
bibliotheca inveniri potest, con-  
demnati olim committabat, ut possem  
perspicere, qualenam faciem seculo deci-  
mo sexto ad finem vergente habuerit ju-  
risprudentia naturalis. Hemmingius  
certe, pro ratione illorum temporum, in  
quæ ætas ipsius inciderat, vir fuit subti-  
llissimi ingenii & perspicacis judicii. Im-  
miscuit quidem præcepta sanctissimi Dei  
catalogi regulis juris naturæ, adeoque a  
commixtione rationis cum revelatione  
non prorsus abstinuit; verum in lectione  
præstantissimorum auctorum veterum se  
diligenter versatum fuisse, aperte ostendit,  
& notitiam principiorum actionum  
humanarum, divinitus hominum men-  
tibus impressam, luculenter satis expli-  
cuit. Laudabilibus Hemmingii conati-  
bus obstiterunt theologi, qui in Schola-  
sticorum commentis in pristinam digni-  
tatem

tatem auctoritatēmque evehendis plu-  
timum studii certatim & quasi agmine  
facto collocaabant. Quæ deinceps sæcu-  
lo decimo septimo incunite, *Justus Bene-*  
*dictus Wincklerus* in peculiari scripto de  
principiis juris proposuit, eradicandæ  
Scholasticorum barbarici non sufficie-  
bant.

## S. II.

Tandem ante medium sæculum deci-  
mum septimum glaciem fregit, & mira  
animi fortitudine per media difficulta-  
tum nemora perrupit *Hugo Grotius*, vic-  
sumatus, Joannis Grotii, utriusque juris  
doctoris & academiaz Lugdunensis in Ba-  
tavia curatoris, filius. Priusquam de  
meritis ejus in juris naturalis studium  
differaret, ut vitam ejus breviter enar-  
rem, pars est. Natus est Grotius anno  
**M D LXXXIII.** Ab incunite pueritia in-  
doles virtutis & ingenii præflautia in co-  
fulgebant. Cum nonum ætatis suæ an-  
num nondum fuisset egressus, diligentia  
sua in primis in addiscenda arte poëtica  
collocata egregia viris eruditis ostendit  
specimina. Non ita multo post in aca-  
demia Batavoram Lugdunensi phileso-  
phiaz, theologicz, & jurisprudentiaz oper-  
ram

rah Navarē cœpit. Decimum quintum  
ætatis suæ annum feliciter ingressus Joa-  
nem de Oldenbarneveld, præpotentium  
confederati Belgii ordinum legatum, in  
Galiam proficiscenscom. comitatus, & Pa-  
risiis utriusque juris doctoris titule digni-  
tate quia ornatus est. Quo facto Henricum  
magnum, Franciæ & Navarræ rēgem,  
adiit; a quo magnissimique regiis donatus  
est munieribus. Anno MDC. Hagæ  
Comitum advocatorum numero ex il-  
lestris parentis voluptate adscriptus est;  
quo facto se se felicem caussarum patro-  
num præsttit, ibidemque & breves notæ  
ad ius Justinianeum, & annales de rebus  
Belgicis, & multa alia scripsit. Anno  
M DC VII. amplissimum munus advo-  
cati fisci ab ordinib. Bataviæ ipsi defe-  
rebatur; & sex annis post fortunæ ipsius  
hoc additum fuit, ut civitatis Rotordam-  
ensis syndica fieret cum maximo o-  
mninum bonorum gaudio. Anno  
M DC XIII. mittebatur in Angliam, ut  
in regia Jacobi I. aula controversiæ ille-  
solites, quæ Baravis cum Anglis de com-  
merciis cum Indiis cōlendis adhuc inter-  
cesserant, ipsius opere componeren-  
turo. Postea vero, quanto nimium  
er-

organis Arminianos et amorem ipsam ostenderat, in custodiam publicam in acce Loevenstein conjectus est, in qua integrum fere biennium optimos libros legendendo transegit. Postquam per singularem uxoris suae astutiam custodia liberatus erat, & Luciferiam Parisiorum pervenerat, ad intimam Wilhelmi du Vair, regii sigilli custodis, accessit familaritatem, ibidemque illustris *Nicolaus Claudius Peirescii*, amplissimi senatoris Aquensis, qui cum saepius Parisiis invise re conservaverat, summo favore fruatur, cuius etiam exhortationibus per motus egregium illud de jure belli & pacis opus conscripsit. Gloriæ illius, quam sibi isto labore peperit, invidebat Richelieu. Hujus itaque ut effugeret invidiā in Bataviam se contulit. Cum vero plurimorum odium implacabile Amstelodami experiretur, Hamburgum proficiendi constituebat; ubi sibi summos vires conciliavit. Post mortem Gustavi Adolphi, includi Svecorum Gothorumque regis, Axelius Oxenstiernus, regis svedici Cancellarius, nomine reginæ Christinae, quæ nondum ad tutelam suam pervenerat, Grotio id munus de-

tulit, ut legationem susciperet & in re-  
gia aula Parisiensi Svedici regni com-  
modis consulteret. Quoniam vero Sec-  
di ex ejus legatione parum utilitatis pre-  
cipiebant, siquidem ille Parisiis, rebus  
Svedorum neglectis, plurimum tem-  
pis libros scribendo regiamque bibliio-  
thecam perscrutando transigebat; in Sue-  
ciam revocatus a regina Christina, ma-  
gnis muneribus donatus est. Postquam  
ab ea dimissus erat, Hamburgi & in-  
de in patriam proficisci meditabatur; sed  
in medio navis cursu ab impetuosis tur-  
bidi maris fluctibus huc illuc jaotatus,  
& denique in oras Mecklenburgicas de-  
latus est. Cum Rostochium pervenis-  
set, in gravissimum eumque letiferum  
morbum incidit, & quoniam mox  
vitam suam produci haud posse prævi-  
dit, coram D. Joanne Quistorpio, cele-  
berrimo olim theologo, quem ad sear-  
cessi jussit, maxime orthodoxam fidem  
confessionem edidit, & pie ex hac mi-  
serima vita decessit die XVIII. Augusti  
 anni MDC XLV.

**Tres Hugonis Grotii libri de jure bel-  
licis: primum: predicuntur: Parisiis**

anno

anno M.DC.XXV. quibus *juris gentium* titulum ante praescribere constituerat; id quod claret ex epistola ejusdem septuagesima octava, cui haec inseruit verba: *interim non otor, sed in illo de jure gentium opere perga.* Licit opus suum integrarum gentium controversiis adcommodauerit, rem tamen omnem ita persecutus est, ut ex humani generis naturae contemplatione certa constitueret principia, ac deinceps ex his reliqua deejavaret, & multa proferret, quae ad jus naturae universum spectant. Neque, si Jo. Adamo Osiandro (p) adsentiri velis, titulus librorum Grotii est incongruus, cum hic, omnia juris naturae & gentium precepta ad statum vel belli vel pacis revocari posse, adfirmet. Quid? quod multi statuunt, cum ideo libros suos de *jure belli & pacis* inscripisse, ut vixi illustres & in magnorum Principum aulis viventes illos eo libentius versarent atque perlegerent.

## §. IV.

In ipso opere, ne Scholasticos penitus de pristina dignitate dejicere videre-

B 2

tur

(p) videntur hujus observationes in Hugo Grotii *prolegomena*,

tur ideoque nimis grave odium in se conflaret, doctrinam Scholasticorum de actibus per se honestis ac turpibus, nec non de convenientia cum sanctitate domini, itemque de jure gentium voluntario universalí quidem retinuit; veruntamen in plerisque ab iisdem dissentire eorumque auctoritatem imminuere non dubitavit: quo factum, ut Romæ ab *inquisitionis*, ut vocatur, officio dura hæretici nota ei fuerit inulta. *Custodiām societatis pro fonte seu primo principio juris naturalis adsumpsit, & officio hominum erga homines gentiumque erga gentes inde derivavit; id quod ipse in prolegomenis egregio huic operi præmissis luculenter admodum declaravit.*

### S. V.

Uſus est conciſo & rebus exprimendis admodum convenienti dicendi genere: ab incunte enim pueritia humanioribus litteris & elegantiori præsertim latinitati ſedulam navavit operam. Veterum plerumque scriptorum ipsa verba adduxit; id quod ipſi a multis vicio vertitur: at minus recte, mea quidem ſententia. Nam licet negari nequeat, illum antiquorum auctorum verba alle-

gando

gando sua cogitata haud raro redditisse paupilio obscuriora; diligenter tamen considerandum esse censco, quod Grotius & saeculi, in quo vivere ipsi contigit, mores secutus sit, & hoc ipso illos sum obrectationibus obviam ire volueris, quos sibi novaturiendi pruritum objecturos esse animo praeviderat,

## §. VI.

Varie existant Grotiani operis *editio-*  
*nes*, sed haec reliquis palmam praepripiunt:  
 illa, quae Amstelodami & cum iohannes  
 Grotii adnotationibus & cum Joannis  
 Friderici Gronovii animadversionibus  
 anno M DCC IL sumptibus Wetstēnii  
 prodiit: ea, quae ibidem apud eundem  
 anno M DCC XX: foras data est, cui  
 etiam Joanne Barbeyrac, jurisconsultus  
 Groeningensis longe clarissimus, aliquot  
 notulas adjunxit; illa, cui Joannes Cbri-  
 stophonus Beermannus notas variorum com-  
 mentatorum, in compendium redactas,  
 subjecit, quæque Francofurti ad Viadrum  
 anno M DC XCIX. lucem vidit: & deni-  
 que illa, quæ cum animadversionibus  
 Guilielmi van der Muelen Ultrajecti anno  
 M DCC IV. prodiit, & tribus tomis in  
 folio, ut ajunt, comprehensa est.

## B. a.

## §. VII.

## S. VII.

Nunc ut & vicia & nœvos Grotii recensentem, ordinis ratio exigit. In negotio religionis admodum lubricus fuit Grotius. Nam primum *Arminianorum* doctrinis, quæ tum divulgari coepit fuerant, adsum p̄̄ebuit, easque defundit: quæ res ipsi, ut supra dixi, dāmno fuit haud exiguo. Deinde *Socinianorum* dogmatibus favere coepit; id quod commentarii ejus in *vetus* & *Novum Testamētū* aperte maxime monstrant. Præterea in quib[us]dam ad Pontificib[us] sententias accessit (9) Denique multa quoque Veteris Testamenti dicta, quæ solum Christum salvatorem nostrum respiciunt, in perversum rapit sensum, & saepe cum Judæis amice conspirat; id quod etiam adparet ex ejusdem *commentario* in *vaticinium* Jesaiæ.

(9) Quidam existimant, illum hoc fecisse eum in finem, ut purpuram & galerum Cardinalium ipsi deferre non dubitarent Pontificii. Dum docuit, in sacris litteris non *præcepit* solum proponi, verum etiam *consilia*, & illos, qui secundum hæc actiones suas dirigerent, præmium mereri; Pontificiorum doctrinam de operib[us] supererogationis haud obscure adprobavit.

façæ. Hujusmodi errores haud raro in  
opere de jure belli & pacis, ceteroquin  
longe mobilissimo, inventiluntur. Nec  
in philosophicis ab omnib[us] errore fuit im-  
munis. Nam primo ex consensu gen-  
tium moratorium suis gentium portim de-  
rivavit: idenque statuit bellum punitivum  
inter gentes. (r) Reliq[ue]s errores lu-  
bens prætereo.

Sed etiam sibi h[ab]et. §. VIII.

Ad eos accedo, qui separatim com-  
mentarios in Grotianum opus scripse-  
runt; qui tamen diversa ratione labore  
suo perfuncti sunt. Statim post Hugo-  
nis Grotii obitum Joannem a Fellenzinius  
Aristotelis Scholasticorumque amor co-  
perduxit, ut magna cum vehementia  
grotianos libros impugnaret, eosquo  
confutandos sibi sumeret. Quam pri-  
mum vero hujus animadversio[n]es prodi-  
erant, Theodorus Graswinckelius, vir sin-  
gularis eruditio[n]is laude conspicuus, Fel-

B 4 deno

(r) Quamvis gentem esse sui juris, &  
ceterum gentes sibi invicem æquales es-  
se, quod nulli genti imperium in aliam  
competat, liquido ostendit Ictus illustris  
Mirabeau Henr[ic]o Gribnerus princip. J. N.  
p. m. 249. seqq.

deno peculiarem librum opposuit, in quo & Grotium defendit & Feldeni nimium erga Scholasticos amorem acer-  
rime perfrinxit. Feldenus certe ad me-  
liorem juris naturalis culturam nihil con-  
tulit, nec veritatis studio adductus ad  
scribendum accessit. Anno M DC LIII.  
Feldeni annotationes Helmstadii prodic-  
runt, quos sequenti anno Grotii defen-  
sio a Graswinckello confecta inse-  
cuta est.

## §. IX.

*Johannes Heinricus Baeterus* prius fu-  
rit, qui Grotianum opus commentario  
illustrare studuit. Hic judicii, quod ad  
scribendum attu it, <sup>angustis</sup> in eo potis-  
simum prodit, ac demonstravit, quod  
veritatem dictorum Grotii, pro incertiori,  
qua is pollebat, historiarum cognitione,  
veterum factis illustravit, & selectas ali-  
quod dissertationes omni elegantia orna-  
tas, de peculiaribus iisque gravioribus juris  
naturalis capitibus, commentario suo, an-  
no M DC LXIII edito, adjunxit. Verum  
librum primum Grotii solum, & septem  
priora libri secundi capita, erudito suo  
commentario explicuit: quo minus enim  
ad reliqua perreverit, morte praepeditus  
quit.

fuit Joannis Tesmari & Ulrici Obregensis  
 (f) commentarii, qui coniunctim editi  
 sunt, non magni aestimantur. Quæ Hen-  
 ricus Henninges, Jo. Georgius Simon, &  
 Valentinus Velthemijs, in Grotii libros  
 scriberunt, ea ponderanda sunt ex di-  
 versis eorum institutis. Henninges in de-  
 fendendis Grotii sententiis pertinacem  
 passim ostendit operam, ejusque princi-  
 pia cum aliorum dogmatibus conciliare  
 studuit. Simon partim ex jure civili dicta  
 Grotii confirmat, eademque partim con-  
 futat. Velthemijs in sua *ad libros Grotii introductione* Scholasticorum tricis ni-  
 mium indulxit. Jo. Adamus Osiander &  
 Jo. Wolfgangus Jegerus, Theologi qvondam Tübingenses (e) sat verbosas ad-  
 notationes in Grotium scripserunt: hi

B 5 verò

(f) hujus commentarius, quem auditori-  
 bus suis in academia Argentoratensi in  
 calamum dictaverat, invito & inscio  
 auctore adnotationibus Tesmari adjectus  
 est.

(e) Osiandri observationes eruditus orbis  
 anno M DC LXXI. primum vidit; Jeger-  
 ri adnotationes anno M DCC X. prodi-  
 erunt. Utterque in lectione Scholastico-  
 rum egregie versatus fuit.

vero Theologicas potissimum observationes conscripserunt, omnesque minutias in opere Grotii occurrentes, quæ orthodoxiaæ damnum adferre possunt, sub acriorem censuram vocarunt: Palmam his vere omnibus præripuerunt Caspar Zieglerus, jurisconsultus olim Wittembergensis, & Jo. Georgius Kulpisius, Giessensis academiæ eximium quondam ornamentum: quorum virotum præclaræmerita nemo ignorat, qui solidiori eruditioni justum statuit pretium. Ziegleri *annotationes in libros Grotii de jure bellū & pacis*, anno M DC LXVI. foras datæ, breves quidem sunt, at accurate atque eruditæ: jus civile magnam partem respiciunt, magnam etiam partem argumenta ex jure naturali petita exhibent. Kulpisii *collegium Grotianum*, anno M DC LXXXII. editum, & ob elegantiam, & ob brevitatem cum summa perspicuitate conjunctam, doctissimorum virorum ad plausum promieruit. In *annotationes juris naturæ & gentium* jurisconsulti illustris & longe celeberrimi, Jo. Baltazaris Wernheri, comparent etiam breves at longe præstantissimæ in *Grotium annotationes*.

ad litteras de iure naturae & gentium. Chap. X. p. 17. In  
 Iac. ad illos meo ordo adducit, qui  
 Grotius liberos in tangentium redigere stu-  
 duerunt, & Primus fuit *Guillelmus Gratius*,  
*Hogonis frater*, vir Romanarum an-  
 tiquitatum: urisque civilis, periculosis;  
 hic scripsit *enchiridion de Principiis, iuris  
 naturae*; quod epitomen majoris oper-  
 ris fratris sui esse voluit (*u*); verum  
 doctorum viorum votis non satisfecit.  
 Deinde *Joannes Schefferus*, vir celebra-  
 tissimus, in ultimū & commodum *Gustavi  
 Adolphi Comitis de la Gardie*, cujus studia  
 tum magna cum gloria moderabatur,  
 succinctis & exquisitis thesibus univer-  
 sum Grotii opus complexus est; quæ  
 deinceps sub *Grotii enucleati* (*x*) titulo  
 typis excusæ sunt. Hunc secutus est  
*Philippus Reinhardus Vistriarius*, vir cele-  
 berrimus, qui *institutiones juris nature &  
 gentium ad methodum Hogonis Grotii con-  
 scriptas anno MDCXCII. in lucem emi-  
 git.*

(u) Hoc *encliridion* commentarium scrip-  
 sis Jo. Jac. Müllerus, Jenensis academiz  
 qvondam professor,

(x) Hunc librum denuo cum eruditâ præ-  
 fatione paucis abhinc annis edidit cele-  
 berrimus *Christ. Goettl. Schwarzius*.

fit. Schefferi compendium ab eruditissimis perspicacissimoque judicio potentiibus viris magno cum adplausu exceptum est: & Vitriarii institutiones a plerisque magni aestimantur. Denique Joannes Paulinus Olivekrans, potentissimi Svedorum regis quondam intimus status minister, ad usus suos privatos Grotii libros in succinctas tabulas rededit, quas Simon Henricus Musaeus anno M DC XC. Kylonii, non invito perillustri auctore, typis excudendas curavit.

## CAP. IV.

DE

Joannis Seldeni Jure Nat.  
Et Gent.

S. I.

**E**X eo tempore, quo inter Grotium, & Joannem Selenum, Anglum, de mari libero Et clauso (y) disceptatum fuit, laudis

(y) Cum ineunte saeculo XVII. Belgz, reluctantibus Hispanis, libertatem commercia cum Indis colendi sibi vindicarent, Grotius in peculiari libro, cui *maris liberi titulum* prescrivit, liberam ad

laudis inter hos magna fuit emulatio. Né itaque Seldenus Hugoni Grotio, quātum ob libros de jure belti & pacis eximiam gloriam consecutus erat, illa in re cederet; ipse prorsus nova ratione de juris naturalis studio bene mereri studuit, in *jure nature & gentium* juxta disciplinam Hebraorum, quod opus anno MDCXL. in folio, ut ajunt, Londini primum prodiit. *Joannes Seldenus* (z) tandem studiorum laude floruit, ut a plerique magnus dictator doctrinae nationis Anglicana dictus fuerit: nam & theologiae & jurisprudentiae tam peritus fuit, quam

Indos navigationem adseruit. *Joannes Seldenus* vero in libello *de mari clauso* contrariam defendere studuit sententiam; fortasse quia Anglorum interesse ratus est, si Belgarum commercia angustioribus circumscriberentur limitibus. Confer summe reverendi *Jo. Fr. Buddei* hist. jur. nat. §. 57. & illustris *Mich. Henr. Gribneri* princip. jur. nat. p. m. 258. sq.

(z) Natus est Seldenus anno 1584. Salvingtonii. Omnium librorum, quos possidebat, titulis hæc verba adscripta: περὶ πατὸς τὴν ἀλευθερίαν. Vita defunctus est anno 1654. ultimo Novembris die.

qui maxime; & in arte critica reliquis  
scere omnibus antecelluit; omnes certe  
in cognitione antiquitatum Hebraica-  
rum superavit. Ex quibus omnibus co-  
gnosceret, sed denum fuisse omnibus sub-  
fidiis instructum ad ejusmodi opus per-  
ficiendum.

Omnis erit.

### §. III.

Nimirum ea congerere constituit, quæ  
Hebræorum magistri de jure naturæ olim  
tradiderunt. Celebria illa *septem Noa-  
ebedarum præcepta* (a) fundamenti loco  
po-

(b) Præcepta, quæ hoc nomine insignire  
solent eruditi, sunt sequentia: 1. de cul-  
tu extraneo. 2. de benedictione nominis di-  
vini. 3. de homicidio. 4. de revelatione tur-  
pitudinum seu evitanda scortatione 5. de  
furio. 6. rapina. 6. de regimine forensi. 7. de  
non commendendo membro animalis viventis.  
Hæc summam juris divini complecti di-  
cuntur prout Noachus illud innotuit. Sex  
priora Adamo a Deo data fuisse conten-  
dunt Hebræi, septimum vero Noachus da-  
tum. Multi existimant, hanc tradi-  
tionem omni prorsus fundamento destitui;  
at in alia omnia abit celeberrimus P. F.  
Buddenus in Hist. Eccles. V. Test. Tom. I. p.  
194. sq. contra quem tamen verbose di-  
sputat

posuit, & omnia jurisprudentia & naturae  
lis capita in illa resolvit. Libique de-  
monstravit, se esse virum stupendam lec-  
tionis & verum quoniam iste nimia cogni-  
tionis variarum scientiarum confor-  
matione judicium abtuderat, bonus  
ordo & exoptata perspicuitas in hoc lib-  
bro desiderantur.

## §. III.

Hoc Seldeni scriptum non potest es-  
se locus plenioris & omnibus hominibus  
in servitu systematis. Nam primo ei-  
dem non præmisit prologomena de prin-  
cipiis actionum humanarum, de mora-  
litate actionum ejusque origine. De-  
inde nihil in eo tradidit de officiis in-  
formont observandis, de origine societatum  
primarum, de origine imperii ci-  
vili, neque de pactis atque contractis  
exposuit. Præterea (b) sepeem Noa-  
chiderum præcepta pro primo juris na-  
turalis principio adsumpsit, cum tamen

hac

---

sputat clarissimus Christ. August. Heumanus in actis philosophorum.

(b) Vid. Jo. Seldeni lib. I. de Jur. Nat. & Gent.  
cap. 10.

hec non possint esse loco (e) principia  
adequata: neque eorum necessariam cum  
humana natura convenientiam ostendit;  
quid? quod eoram origo & aeternitas in-  
certa est, obscura & multis objectioni-  
bus obnoxia. Denique valde erravit,  
dum effata Rabbiorum, pro legibus na-  
turæ venditavit.

## §. IV.

Isterea gratias illi debemus, & etiam  
habebimus, quod veterum Hebraeorum  
praxem forensem perspicue in hoc opere  
explicuit: quo ipso ad uberiorem an-  
tiquitatum Hebraicarum cognitionem  
multum profecto contulit. Summe rei  
verendas & celeberrimus Jo. Franciscus  
Buddaeus suauis Samuelis Stryckii, juriscon-  
sulti quondam perillustris, elegantissi-  
mam *synopsin juris naturæ & gentium se-  
cundum doctrinam Hebraeorum* Seldeni os-  
perc collegit, eamque *Pittriarie insitatio-  
nibus* J. N. & G. adjunxit: cuius lectio  
omnibus commendatur merito.

## CAP.

---

(e) Non enim omnia officia lege naturæ pra-  
cepta ex iis possunt derivari.

## C A P. VII.

DE

*Thome Hobbesii libro de cive.*

§. I.

**R**elicto Seldenio ad *Thomam Hobbes* seu *Hobbesium* accedo. Hic anno MDLXXXVIII. Malmesburii in Anglia natus est, sicutque filius ministri verbi divini. Nondum egressus erat annum attatis sue decimum quintum, cum a parente in Oxoniensem academiam mittetur; ubi per integrum quinquennium philosophiae Aristotelico-Scholasticæ & litteraturæ Græcæ sedulam navavit operam. Mox singularis eruditionis laude florere coepit; ita, ut maximi viri filios suos institutioni & fidei ipsius committerent. In Gallia doctissimos viros, Marinum Mersennum, Petrum Gassendum, & alios sibi conciliavit, ex quorum litteris ac sermonibus multa didicit. Cum Britanni nefarios motus & in Scotia & in Anglia aduersus Carolum I. magnæ Britannæ Regem excitarent, & praesertim in novo illo *Ordinum Angliae conveni*, qui anno MDCLX, mense No-

C

vem;

vembri initium cepit, illud erupisset, quod pridem in animis populi rebellis delituerat; Hobbesius Lutetiam Parisiorum sese contulit, ubi etiam regis filium & Britanniae legitimum heredum Carolum II. mathematicas doctrinas docuit. Parisiis scriptum librum suum *de cive*, quem anno MDCXLII. foras dedit.

(d) In hoc libro doctrinas suas omnes eo potissimum direxit ut rebellibus civibus suis periculum status libertatis poneret ante oculos, posque ad obedientiam legitimo regi praestandam adgeret, & tandem ut commodum ex imperio monarchico ad subjectos cives redundans illis ostenderet.

## §. II.

In hoc libro, si solam methodum docendi consideres, omnia cohærent, & demonstrationes in artissima rationum serie sese excipiunt. Verum si res ipsas, quas pertractavit, respicias, multos errores in eo deprehendas. Primo enim

(e) Elegans quoque est editio Amstelodamensis, quæ anno 1647. prodiit. Samuel Sorbiarius Gallus Hobbesio amicissimus, hanc librum in Gallicam linguam trans-

falsum est, quod fundamenti loco posuit; punitum, statum naturalent esse bellum omnium contra omnes, & extra tempus blicam cuilibet quodlibet esse licitum. (x) Deinde sine fundamento adserit, ante pacta jus esse nullam. Præterea a veritatis tramite aberrat, dum affirmare audet, omnem legem esse disjunctivam. Porro pessimus philosophatus est, dum religionem arbitrio regnum subjicit & impetrantibus imperium in conscientias civium concessit; id quod in tercia libri parte potissimum fecit. Accedit, quod, dum pius in regem videri voluit, plaus injurius in cives fuit; quia eos prorsus servili conditioni addicere studuit; id, quod ex altera libri parte adpareat. Denique atheismum, quo infectus erat, nimis aperte in hoc libro prodidit, dum scripsit, non omnes homines Dei existentiantur ex lumine naturæ cognoscere; & dum confessus est, se dju que sive legem naturalem,

## C 2 capitulo. 144

(x) Nicolaus Hieron. Gundlingius, JCtus per illustris, studuit quidem sententiam Hobbesii excusare in Dissert. de statu naturali Hobbesii; sed considerari debent, quæ disserit celeberrimus Mich. Henr. Gribnerus (in princip. J. N. lib. 3. cap. 2. §. 3.)

*juxta quam Atbei condemnari posse, sed  
invenisse nullam (f) : sicut etiam in libro,  
cui Leviathanis titulum præscripsit, per-  
multa dogmata atheis propria proposuit  
atque defendit. Confer magnifici &  
summe reverendi J. F. Buddei thes. de  
atheismo pag. 187. 188. sqq.*

### §. III.

*Permultos statim Hobbesius nactus est  
adversarios, inter quos tamen Richardus  
Cumberlandus, Robertus Scharrockius &  
Samuel Strimesius eminent Cumberlandus,  
qui anno M DCC XIX. demum mortuus  
& extremis temporibus gravissimo epi-  
scopi Peterbourgiensis munere functus  
est, in *disquisitione philosophica de legibus  
nature* Londini anno M DC LXXII. edita,  
acriter adversus Hobbesium pugnavit.  
Scharrockii liber *de officiis secundum jus  
naturale*, Oxonii anno MDC LX. foras  
datus est. Strimesius Francofurti ad Via-  
drum typis exscribendam curavit *philo-  
sophiam moralē demonstratōam pytha-  
nolo-**

---

(f) Multo aliter philosophandum esse, do-  
cent beatus L. Jo. Hermannus ab Elsvvich  
in *controvers. recent. de atheismo*; & sum-  
me reverendus D. Jo. Georg. Pritius in  
*Diss. de damnis atheismi in rem publicam.*

nologie Hobbesii oppositam ; quo in libro potius novum doctrinæ moralis systema ex suo ingenio exhibuit, quam dogmata Hobbesii refutavit ; primum autem Strimesii principium est *amor intellectualis seu perfectio cognitionis & voluntatis.*

### §. IV.

*Lambertus Velthuyzen*, Belga, medicinæ doctor, in *disquisitione epistolica de principiis justi & decori*, anno M DC LI. Amstelodami edita , Hobbesium defendere adgressus est. Eruditus hic medicus *finem omnium rerum fundamenti* loco posuit, & hunc *conservationem sui ipsius ab omnibus exigere ostendit*. Verum quia Hobbesius statuit *conservationem sui cum interitu alterius conjunctam*, quæ ex fine creaturarum deduci potest ; Velthuyse-nius in defendendo Hobbesio operam perdidit.

### CAP. VIII.

DE

*Samuelis Pufendorffii meritis in jurisprudentiam naturalis.*

C 3

§. I.

## §. I.

**V**iam per Hugonem Grotium semel  
absaxis & dumetis purgatam presul  
*Samuel Pufendorfius*, ac residuos se posuit  
ramulos, eoque ipso felicissimi juris na-  
turæ restauratoris titulum adeptus est.  
Magnus hic vir anno M DC XXXI. in  
lucem editus est in pago Floeh, qui a  
Chemnicio, Misniae oppido, haud longe  
abest. Pater ejus erat pastor ecclesiæ,  
quæ Christo ibidem colligebatur. Post-  
quam illis doctrinis eruditus fuerat, qui-  
bus juvenilis ætas impertiri debet, in  
Lipsiensem sese contulit academiam;  
ibique multis viris doctrina illustribus  
usus est præceptoribus. Postea Jenam  
petiit; ubi ad intimam amicitiam, Er-  
hardi Weigelii, mathematicorum quon-  
dam principis, accessit: quam tum præ-  
sertim expertus est, cum Weigelius etbi-  
cam Euclideam ab se confessam & manu  
sua scriptam ipsi donaret, & eum quidem  
in finem, ut ex ea de promeret pro lübitu,  
quæcunque velleret. Cum deinde moribus  
generosi adolescentis *de Coys* præfectus,  
ejusque studia in academia Lugduno Ba-  
tava moderari iussus esset, Hagæ Comitum  
ele-

*elementa jurisprudentiae universalis* (g) ab  
se conscripta typis excudenda curavit,  
eaque Carolo Ludovico, comiti Palatino  
Rheni & S. R. I. Electori, Principi lon-  
ge doctissimo, dedicavit; a quo tantum  
remunerationis reportavit, ut anno  
M DCLXI. munus ordinarii juris naturalis  
professoris in academia Heidelbergensi  
ipso demandaretur. Anno M DCLXX.  
in recens conditam academiam Lundi-  
nensem in Scania evocabatur, ut ibi  
primarii professoris amplissimo munere  
fungeretur: nam frater ejus, Jesaias Pu-  
fendorfius, gravissimam Svedici legati  
provinciam magna cum gloria tum ad-  
ministrabat. Anno MDCLXXII. edebat  
magnum illud & egregium opus *de jure*  
*natura & gentium* de quo deinceps plura  
dicentur. Hoc opus regii regiminis  
consiliaris tradidit, qui etiam illud ma-  
ximo cum aplausu adprobabant. Quam-  
primum vero prodierat, *Josuam Schwarzi-*  
*um*, theologum in Lundinensi aca-  
demia professorem, virum scholastico-  
rum tricis nimium indulgentem, mirus

C 4

furor

(g) His multa inseruit, quæ ex Weigelii  
ethica Euclidea didicerat.

furor cò adduxit , ut *indicem novitatum* ex eo extraheret , cumque theologorum ordini exhiberet . Prudentiores horum falçem in hanc messem mittere nolebant . Hoc autem non obstabat , quo minus Schwarzius per quendam theologum Pufendorfium apud quosdam aulæ regiæ proceres criminis cuiusdam insimularet , iisque hunc novitatum indicem exhibendum curaret ; quo tamen conatu nihil effecit aliud , quam ut theologi Lundinenses publico edicto regio verarentur Pufendorfio molestiam adferre . Postea Nicolaus Beermannus , juris civilis in academia Carolina Lundinensi professor , istum novitatum indicem , inscio auctore Josua Schwarzio , in Germania typis excudendum curabat ; quod ipsi tam improspere cessit ut & index publice per carnificem concrematus , & ipse Beermannus ditioni regis Svedorum subjectis cedere coactus fuerit . Ne vero per istum indicem auctoritati & famæ Pufendorfi quidquam detraheretur ipse Pufendorfus peculiari scripto (b) do-

atri-

---

(b) *Apologia Pufendorffii primum an. 1674.*  
prodijit,

etrias suas defendit; in quo satyrico dicensi gehere usus est. Deinceps duo theologi Lipsienses, Jo. Adamus Scherzerus & Valentinus Alberti, contra Pufendorfium pugnare cœperunt. Scherzerus adolescentes tum Lipsiae melioribus litteris operantes ab amore Pufendorfii ejusque librorum avocare atque abstrahere studebat. Valentinus Alberti, qui ex statu integratæ, in quo primus homo conditus fuit (1), leges naturæ derivandas esse docuit, & scriptis & voce Pufendorfii dogmata impugnare adgessus est. Pufendorfium ejusmodi controversiis implicatum potentissimus Svedorum rex deinceps in aulam suam evocavit, ut regii historiographi munere fungeretur. Quo facto & Gustavi Adolphi, incluti illius libertatis ac tranquilitatis Germaniæ propugnatoris, & Caroii Gustavi præclara facta litterarum monumentis consignavit, memoriæque

C 5

Pro-

(i) Hoc præcipue fecit in *compendio juris naturæ orthodoxæ theologia conformato*, Lipsiæ anno 1676. edito; de quo legantur, quæ tradit J. F. Buddeus in *Theol. Morali. P. II. cap. II. §. 18.* Conf. celeberr. Göttlieb Scollis bift. litter. *P. III. cap. 2. §. 1. 3.*

prodidit. Tandem in aulam Berolinensem vocatus est ; ubi & res à Friderico Guilielmo Magno, Marchione Brandenburgico ac S. R. I. Electore, gloriose gestas elegantissime descripsit, & intimi consiliarii provinciam administravit. Leopoldus Magnus, gloriosissimus imperator Romano Germanicus, præ suo in viros eruditos amore, Pufendorfium etiam liberi Barenis titulo dignitateque ornavit. Anno M DQ XCIV. Berolini pio ex hac vita decessit. Vide *Lexicon Historicum universale*, Germanica lingua conscriptum.

## §. II.

Magnum opus Pufendorfii *de jure naturæ gentium* postea selectis & exquisitis adnotationibus illustravit Jo. Nicolaus Hertius, Giessensis olim academiæ ornamentum : Joannes Barbeyracius, jurisconsultus Grœningenlis eruditissimus, illud quoque in Gallicam linguam translatis, & copiosas animadversiones omnitudinationis genere refertas eidem addidit. Qui Pufendorfio vitio vertunt, quod antiquorum scriptorum verba hujc operi inseruit, illi ignorant causam, qua ad hoc faciendum adductus est. Is-

ni-

nimirum illam calumniam discutere voluit, quia quidam scribendi pruritus et ideo a malevolis imputabatur, quod in elementis jurisprudentie universalis veterum auctorum verbis dicta sua non confirmavit. Primum juris naturalis principium Pufendorfius in socialitatis studio collocavit, & sententias aliorum, qui hac in re ab ipso dissentiebant, in spicilegio controversiarum (k) sub examen vocavit. Sed neminem eruditorum fugit, quid in hac Pufendorfii sententia merito desiderari possit. Officia scilicet erga alios commode ex hoc Principio derivari possunt; non æque officia erga Deum (l), neque officia hominis erga se ipsum. Verum hac de re infra in capite de diversis juris nature principiis pluribus verbis differemus.

### §. III.

Magnaum hoc opus suum Pufendorfius quoque in compendium redegit, quod hunc

(k) maxime pag. 38. sqq.

(l) Idcirco quoque officia erga DEum in opere majori non exposuit Pufendorfius; haec vero deinceps in minori opere explicuit, suasione & auctoritate regum regiminis permotus,

hunc præfert titulum : *Samuelis Pufendorfi de officio hominis & civis juxta legem naturalem libri duo.* Styli elegantia & jucundissima methodus, quæ ex majori opere eluent, in hac quoque conspiciuntur epitome. Cum tanto adplausu hic liber in Germania exceptus est, ut hodie in omnibus academiis lectiones publicæ & privatæ in eum instituantur; quid ? quod a multis viris doctissimis præstantibus adnotationibus adhuc explicatus est. *Immanuel Weberus*, juris & historiarum in academia Giessensi longe celeberrimus, & textum auctoris accurate supplevit, & eruditas adnодationes, in quibus usum juridicum præcipue respexit, eidem subjecit, & pufendorfiūm contra perillustrem quondam virum, *Godofredum Guilielmum Leibnitium*, solide pariter atque modeste defendit (m). *Joannes Barbeyracius* hunc quoque librum in sermonem Gallicum translavit, eique aliquot adnotationes subjecit (n). *Gottlieb Gerhardus Titius*, juriscon-

ful-

(m) Vide eam editionem, quæ an. 1715. lucem vedit.

(n) Hæc versio anno 1707. Amstelodami edita est.

sultus Lipsiensis celebratissimus, *observationes* suas antea separatim editas anno M DCC XV. textui Pufendorfii ad-jungendas curavit. *Immanuel Præleus* in suis ad Pufendorfii librum adnotatio-nibus, lingua Germanica conscriptis, & auctoris verba explicuit, & ab ejus interdum recessit sententiis (o). *Andreas Adamus Hochstetterus*, philosophus quon-dam & theologus Tübingensis clarissi-mus, in collegio Pufendorfiano super libris duobus de officio hominis & civis (p) & verba Pufendorfii explicuit, & primas simul lineas duxit; quibus *theologia moralis* superstrui potest: nam sæpiissime revelatae theologiae principiis usus est in stabiliendis confirmandisque jurispru-dentiae naturalis præceptis. *Celeberri-mi jure* consulti *Jo. Baltaasaris Wernbe-ri* notæ in compendium Pufendorfii ex-stant in ejusdem *analectis juris nature & gentium*. *Gottlieb Samuel Treuterus*, do-ctis-

(o) Hæ prodierunt Lipsiæ anno 1709. Qui-bus doctissimus auctor etiam suum natu-ralis compendium adjunxit.

(p) Prodiit Tubingæ an. 1710. 4. Præmissa est dissertatio proemialis, quæ historiam philosophiæ moralis enarrat.

Etissimus atque clarissimus in Helmstadiaensi academia philosophiae moralis atque civilis Professor, hoc Pufendorfii compendium sat verbosis etiam illustravit commendariis (q), quibus praecique recentiora perillustris Christiani Thomassii dogmata cum doctrinis Pufendorfii contulit, & discriben inter regulas pii, honesti, justi & decori admodum accurate, ex mente Thomasii, observavit. Dieterici Hermanni Kemmerichii, jure-consulti doctissimi, Pufendorfius enucleatus (r), quo in libro Pufendorfii libellum in breves easque perspicuas theses redigit; & doctrinas Pufendorfii continet, & primas lineas juris publici universalis & juris gentium exhibet. Vir celeberrimus, Jo. Jacobus Lebmannus anno M DCC XXI. Pufendorfii libros duos de officio hominis & civis copiosis suis observationibus praeclarus illustrator, foras dedit; in quibus tamen saepe ab auctore dissensit, praesertim quoad doctrinam de primo juris naturae principio: Lebmannius enim naturam & finem rerum

Pri-

(q) Anno 1717. edit. Lipsi & Wolfenbuttel.

(r) Editus est Lipsie an. 1716.

primi principii loco posuit. Qua de te  
infra pluribus dicetur.

## §. IV.

Multi præterea, qui postero tempore  
nova jurisprudentiæ naturalis ediderant  
compendia atque Systemata, ductum cel-  
lèbratissimi Pufendorfii secuti sunt; id  
quod ex sequentibus capitulo adpäre-  
bit clarius. Hoc epilogi loco adjicio,  
non semper magnum hunc virum Erbi-  
tam atque Politicam satis accurate à jure  
naturæ distinxisse.

## CAP. IX.

## DE

*Meritis Christiani Thomasii in  
juris naturæ studium.*

## §. I.

Celebratissimum illum virum, de quo  
in præcedenti capite dictum est, non  
solum defendit, verum etiam illius doctri-  
nata explicuit & auxit *Christianus Tho-  
masius*, clarissimi olim in academia Lip-  
sensi eloquentiæ professoris Jacobi Tho-  
masii filius, hodie potentissimi Borussorum  
regis consiliarius intimus, academiæ

Hale-

Hallensis director & juris in eadem professor primarius. Hic & Scholasticorum dogmata rejicit, & jus naturæ non ex integratis statu derivandum esse docuit; e contrario ad dictum Pufendorfii ex studio socialitatis præcepta jurisprudentia rationalis derivavit. Idque fecit in *institutionibus jurisprudentiae divinae* (f): in quibus simul ostendit, quæ ex illo, quod Pufendorfius posuerat, principio derivari possent; ea vero ad jus naturæ pertinere intrepide negavit, quæ inde derivari non possent. Præterea accuratiorem, quam antea factum erat, *legum divinarum positivarum universalium explicationem* dedit eruditis; quas præsergit in rebus matrimonialibus respiciendas docuit (g). Contra acerrimum

Puf-

(f) Hæc primum prodierunt Lipsiæ anno 1688. in 8. & anno 1694. cum additamentis iterum typis exscriptæ sunt. In Germanicam quoque lingvam translatæ sunt. Versio Germanica cum B. D. Ebraimi Gerbardi præfatione an. 1709. Halæ in 4. foras data est.

(g) conf. celeberrimi J. F. Buddoi Hist. iur. nat. S. 41. 42. p. m. 54. & Jacobi Friederici Reimmanni introduct. ad hist. litter. volum. VI. p. 43. seqq.

Pufendorfii adversarium *Valentinum Alberti* s̄epissime, data occasione, disputavit. Cum Jo. Ludovico Praetorio, jure-consulto elegantiorum litterarum peri-tissimo, qui ex disciplina Christianorum ius naturæ derivari debere contendit (n), gravis deinde ipsi intercessit controversia. Denique Ethicam sollicite à jure naturæ distinxit. Hac ratione Thomasius magnam gloriam in republīca litteraria adeptus est.

## §. II.

Ab haram jurisprudentiæ divinæ institutionum schemate postea recessit Thomasius, & in *fundamentis juris naturæ & gentium*, Halæ anno M DCC V. editis, philosophiæ morali plane novam induxit faciem. In his enim regulas pietatis a præceptis honesti, decori & justi discerne-re studuit, & ita quidem, ut doctrinam de officiis erga Deum adpellaret regulas pii, ut doctrinam de officiis hominis erga se ipsum vocaret regulas honesti; ut doctrinam de illis officiis erga alios, ad quæ cogi non possumus quæque cetero-quin officia humanitatis adpellare consue-

D

ve-

---

(n) in *commentatione de lege caritatis.*

verunt philosophi, vocaret regulas *de cori naturalis*: & tandem ut doctrinam de illis officiis erga alios, ad quæ quis cogi potest quæque salva tranquillitate externa omitti non possunt, appellaret præcepta *iusti* stricte sic dicti. Pium seu doctrinam de religione & pietate philosophica ad theologiam naturalem pertineret contendit. *Honestum* seu doctrinam erga nosmetipos ad ethicam spectare adserit. Solum *justum* stricte sic dictum nomine juris naturalis insigniendum esse adfirmat. Multi, qui novam hanc officiorum divisionem impugnarunt, mentem Thomasii minus recte percepérunt; multi ex adverso solidis & veris rationibus usi sunt in hac officiorum distinctione confutanda, quos inter celeberrimus *Adamus Fridericus Glaſſy* primum præcipuumque locum suo obtinet merito. Thomasius certe novas has voces, quas forte novaturiendi studio adductus effinxit, potuisset omittere, & orbis litteratus iisdem quam facillime potuisset carere; quid? quod ethicam cum jure naturæ penitus commiscuit, dum officia hominis erga seipos ad ethicam pertinente adseruit. Confer antea laudati D.

Ad-

Adami Friderici Glafey, viri longe doctissimi, Vernunffii und Vælcker. Recht pag. 33. seqq. & alibi.

## §. III.

Hæc recentiora Thomasi, degnata postea amplexi sunt beatus Epbraimus Gerbardus; & doctissimus Jeanes Laurentius Fleischerus, hodie juris in Academia Hallensi doctor ordinarius & quidam alii. Gerbardus anno M DCC XII. Jepæ foras dedit delineationem juris naturalis, eique adjunxit fundamen-  
ta generalia doctrine de decora. Hoc in libro pleraque quidem recentiora Thomasi placita defendit, yetunta-  
ta cum aliqua libertate ab eo interdum dissentendi, qua se eclecticum fuisse ostendit: præterea methodo jucunda & vere philosophica usus est; & in appendice decorum naturale a civili deco-  
ro diserevit. Dum leges divinas proprie-  
sic dictas leges esse negavit, aperte maxi-  
mæ ostendit, sc̄ etiam errores Thomasi  
interdum pro veritatibus fuisse ample-  
xum. Clarissimus Fleischerus in institu-  
tionibus juris nature & gentium, quas paucis abhinc annis edidit, publice com-  
monstravit, sc̄ esse perillustris Thomasi

discipulum, sequē amare recentiora illius principia; id quod ex singulis sc̄e commemorati libri paginis elucet. **Nicolaus Pragmannus**, clarissimus utriusque iuris doctor, qui quatuor abhinc annis pie mortuus est, in iuris prudentia naturali Jenae M DCC XX. edita ad modam Thomasi discrimen inter regulas pii, honesti, decori & iusti obser- vavit. Idem discrimen placuit celeberrimo viro Jacobo Gabrieli Wolffio; qui tamen in institutionibus jurisprudencie naturalis anno M DCC XX. Halæ editis hanc eruditionis solidioris partem etiam secundam regulas prudentie con- sideravit, & in aliis quoque aperillatissimo Thomasio dissentire non dubitavit.

## §. IV.

Quod si tamen quis hæc recentiora Thomasi principia amaverit, illi **B. D. Gerbardi** compendium maxime placebit. Ego Thomasi institutiones jurispruden- tiæ divinæ præfero fundamentis juris na- turæ & gentium, & illas omnibus juris prudentiæ rationalis cultoribus com- mendare non dubitor.

## §. V.

Denique idem celebratissimus, Tho-

ma-

masius ideo præclare de hac nobilissima eruditio[n]is parte méritus est, quod in jurisprudentia judiciali aliquot abhinc annis edita, luculentér admodum com[m]onstravit, quomodo præceptis iuris naturæ uti possimus in *controversiis Generis* dijudicandis; quo ipso simul insig[n]em studii juris naturalis utilitatem omnibus ante oculos posuit.

## C A P. X.

## DE

*Quatuor clarissimis J. N. scriptoribus, Hertio, Buddeo,  
Beyero & Wernhero.*

## S. I.

Jam ad quatuor viros ordo me ducit, quorum nomina jamdudum immortalitati commendata sunt, & qui optime de republica litteraria merita sunt. Primus *Johannes Nicolaus Hertius*, iurium in academia Giessensi olim professor eruditissimus. Hic in *elementis jurisprudentiae universalis* (x) eorumque parte prima, de officiis hominum, ad quæ sana ratione obligantur, accurate exposuit. Pu-

D 3

(x) Exstant in *opusculis* ejus, anno 1700. in 4, conjunctim editis.

fendorfii præsertim ductum secutus, in altera vero parte *pædiam juris publici universalis* exhibuit, atque in originem rerum publicarum diligenter inquisivit, & officia eorum, qui intra rem publicam vivunt, eleganter explicit.

### §. II.

Proximus ab Hertio est *Joannes Franciscus Buddeus* (y), theologæ primarius hodie in Jenensi academia professor, hujusque academiæ summum ornamentum. Hic in altera philosophiae practice parte & jus naturæ & jus gentium mira perspicuitate & concinna brevitate explanavit. In jurisprudentia rationali exponenda has tres propositiones principiorum (z) loco posuit: *Deum cole, temperanter vive, & socialiter vive;* ratus, illos omnes frustra se torquere, qui unum aliquod principium querunt, quod omnia officia rum genera sub se complectatur. Deinde in

se.

(y) Hujus vitam enarravit *Bartsbol. Christinus Richardus* in *notitia Professorum Jenensium*.

(z) anno 1696. Halæ habuit dissertationem de rationali amore sui ipsius J. N. principio.

*Selectis juris naturæ & gentium (a) præter historiam hujus philosophiæ sapientis partis, exhibuit varias dissertationes huc pertinentes omnique elegantia refertas. Ubique magnus hic vir commonstravit, se in lectione & veterum scriptorum & recentiorum auctorum, nominatim Grotii atque Pufendorfii, Thomasi & Hertii egregie esse versatum.*

## S. III.

Tertius scriptor ex iis, qui nunc laudandi sunt, est *Georgius Bayeras*, pandectarum olim in Wittembergensi academia professor, qui anno M DCC XIV, die m supremum obiit (b). Hic in delineatione juris divini naturalis & positivi universalis; in qua Pufendorfii atque priora Thomasi dogmata maxime amplexus est, methodum vere philosophicam adhibuit, & officia hominum, prout ex sane rationis principiis innescunt, ita explicuit, ut merito eorum numerop adscribendus sit, qui scriptis suis hanc studiorum partem egregie illustrarunt.

## D. 4. S. IV.

(a) Prodiérunt Halæ Magdeburgicæ anno 1704. & an. 1717. in 8.

(b) Vitam hujus charavie celeberrimus • *Guilielmus Scallius* in his. Artic. P. III. c. 2. §. 37

## §. IV.

Quartus est Jo. *Balthasar Wernherus* hodie potentissimi Polonorum regis & Elect. Saxon. a consiliis aulæ atque justitiæ & primarius iurium in academia Wittembergensi professor. Hic in *positionibus ad usum J. N. & Gentium*, seu *elementis J. N. & G.* quatuor abhinc annis denuo typis exscriptis, Pufendorfium quidem maxime (c) secutus est; satis tamen aperte ostendit, se electricam philosophandi rationem adamare. Brevitatis in hoc libro studiosus fuit; at paucis multa dixit. Edidit quoque anno M DCC XXI. *dissertationes suas*, quibus peculiaria *J. Nat.* capita egregie explanavit, & in quibus haud raro a Pufendorfio atque ab aliis dissensit. Illi certe commodis suis quam optime consulunt, qui has *dissertationes ea*, qua pars est, ratione perlegunt, easque cum celeberrimi hujus viri libro antea laudato diligenter conferunt.

## C A P.

(c) Hoc præcipue elucet ex illustris Wernheri duabus dissertationibus *de genuis methodo leges naturales investigandi*; in quibus ritam socialem *J. N.* principium esse, admodum verboso evincere studuit.

## C A P. XI.

DE

*Scriptis Cocceji, Kestneri, Titii  
atque Rechenbergii hic  
pertinentibus.*

## §. I.

**C**eleberrimus *Samuel de Cocceji* anno M DC XCIX. Francofurti ad Viadrum sub præsidio perillustris parentis sui *Henrici de Cocceji*, potentissimi Borosorum regis consiliarii intimi & jurium in academia Francofurtensi professoris celebratissimi, dissertationem publicam habuit *de voluntate Dei f. N. principio unico, vero & adequato.* Idem perillustris *Henricus Coccejus* jam multis annis ante docuerat in privatis scholis, in quibus *Grotii* libros tres de jure belli & pacis explanaverat: idque tanto cum adplausu exceperat *Cocceji* discipulus longe clarissimus *Henricus Ernestus Kestnerus*, ut in suo *f. N. compendio Coccejianum principium fundamenti loco posuerit* (d). Quamprimum illa disserta-

## D 5 tio

(d) Idcirco commemoratus liber hunc p. affert titulum: *jus naturae & gentium, ex ipsis fontibus ad dictam Grotii, Pasendorfi & Coe-*

tio typis excusa erat, celeberrimo Coccejo complures viri docti sese opposuerunt, nominatim *Jo. Nic. Hertius* & celeberrimus *Jacobus Fridericus Ludovici*: ille in dissertatione de socialitate primo *J.N.* principio, hic in delineatione historiae juris divini naturalis (e). Hac re *Samuel Coccejus* eo adductus est, ut anno M DCC II. commentationem suam denuo in lucem ederet, & in altera ejus parte suam sententiam contra adversariorum objectiones pluribus verbis defendet. Confer summe referendi *J. F. Buddei* *bistor.* *J. N.* §. XLVII. Celeberrimus quoque *Kestnerus* an. M DCC V. suum *J. N.* & *Gent.* *compendium* iterum typis exscribendum curavit, & nuquam sententiam suam mutavit.

### §. II.

*Gottlieb Gerhardus Titius*, philosophus & jureconsultus etiam post mortem longe clarissimus, nucleus omnium doctrinarum ad jus naturae pertinentium concinna brevitate ac perspicuitate pro-

---

*& Cocceji derivarum.* Prodiit primum anno 1697.

(e) §. 88. seqq. conf. *Jac. Frid. Reimannus*, viri doctissimi, *bist.* *litter.* *volum. VI.* p. 64. seqq.

posuit in der Einleitung zum Natur- und  
Völker-Recht: & theses hoc in libello  
contentas luculentis ubique illustravit  
confirmavitque exemplis. Summa ju-  
ris naturæ ex hujus viri sententia hæc est:  
*cole Deum, exerce philantiam rationalem  
& socialitatem erga vivos & mortuos, nec  
non propagationi naturæ humanae attem-  
perate stud, conditioni tuae vel naturali  
vel adventitiae convenienter.* Idem hic  
doctissimus vir solius socialitatis insuffi-  
cientiam verbose satis demonstravit in  
observationibus ad libelli Pufendorfi de  
officio hominis & civis libri primi ca-  
put tertium. Quæ de jure gentium  
controversiis illustravit. Quidam vero  
hunc librum Tito non adscribunt.

### §. III.

*Carolus Otto Rechenbergius*, beati ce-  
leberrimique theologi Adami Rechen-  
bergii filius doctissimus & in Academia  
Lipsiensi Professor clarissimus, anno  
M DCC XIV. edidit *institutiones juris-  
prudentiae naturalis*. In hoc libro am-  
plissimus auctor & vim ingenii sui & ju-  
dicii sui *ανθρώπειαν* orbi litterato palam  
ostendit. Omnia elegantibus verbis  
expressa sunt: omnia dogmata ita co-

biza

barent, ut rationes arctissima argumētōrum serie sese excipiant. In capite sexto libri primi pluribus evincere studuit, rationalem & ordinatum amorem hominis, quo omnia ad veram utilitatem propriam dirigit, esse primum juris naturæ principium (f). Jus gentium quoque, sive jura belli & pacis, in fine præstantissimi hujus libri exposuit. Fateor quam lubentissime, me ex hujus libri lectione singularem percepisse & voluptatem & utilitatem. D E V S O. M. excellentissimum Rechenbergium diu salvum stræstet ad ornamentum academiæ Lipsiensis & totius reipublicæ litterariz.

## C A P. XII.

DE

*Libris Gundlingii, Rüdigeri,  
VVolffii, Musai, atque aliorum f. N. illustrantibus.*

## §. I.

**V**ir perillustris, *Nicolaus Hieronymus Gundlingius*, potentissimi Borussorum

(f) Eandem thesin defendit & suam fecit *B. D. Anandus Gotthold Feßmelius*, eccles per Principat. Saxo-Hildburghus. quondam

rum regis consiliarius intimus, & jurium atque eloquentiae in academia Hallensi professor celebratissimus, in parte tertia *vite ad veritatem* (g) viam ad cognitionem jurisprudentiae naturalis monstravit atque aperuit, & hanc philosophiae partem nova methodo elaboratam ad modum verbosus explicuit. In capite secundo de primioris naturalis principio pluribus verbis dissentit, & ceteris rejectis, hoc fundamenti loco posuit: *pacem externam ante omnia sectare, ubi haberi potest, ne ad vitam cum aliis traducendam virtutemque acquirendam prorsus iniurias faciat*; adeoque, exerto semper tumultuantem internas animi perturbationes reprimere virtutemque acquirere baul posse, adserit. Prædicta ibidem adfirmat illam: *Natura tradendi mortuum, qua primum principium disciplinæ in fronte constituitur, plura habere incommoda quam commoda.* De reliquo multa nova ac singulatia hic libet continet, & longe est dignissimus, qui ab o-

mni-

dam antistas, in Dissert. *de amore hominis erga seipsum* in illustri Gymnasio Hildburghaus. 1719. habita.

(g) Prodiit Halæ Magdeb. an. 1715. in 8.

mnibus hujus studii amatoribus & cultoribus diligenter legatur.

## §. II.

Accedo ad philosophum & medicum clarissimum *Andream Rüdigerum* qui jus naturæ, sicut & reliquas universæ philosophiæ partes, methodo mathematico emula (b) exposuit in *institutionibus eruditionis* (i), & quide[m] in parte altera libri secundi. Verum & methodum Rüdigeri & multas doctrinas ab eo adseratas pererudit impugnavit celeberrimus *D. Adamus Fridericus Glaeser* in *J. N. et Gentium lingva Germanica conscripto* (k). Idem fecit *Joannes Godofredus Silesianus*, vir doctissimus, in *prodromi observationum J. N. Officia hominis erga se ipsum* doctissimus Rüdigerus ex *J. N.* pertitus eliminare voluit, nulla plane solidiori ratione adductus: hinc, *autoxegiam* qua jus societatis nullatenus habetur, si ignominia mortis evitari possit, solo rationis lumine haud illicitam esse, opinatur.

(b) Quantis laudibus hanc extulerit in præfatione commemorato libro præmissa, dici vix potest.

(i) Prodiit altera edicio Halæ an. 1711. in 8.  
(k) pag. 51. 52. 53. seqq. & alibi passim.

tur. Conferantur ea, quæ ad hæc ~~referuntur~~  
respondit eruditissimus, quem ante  
tea ex merito laudavi, Glafesus libr. cit.  
pag. 287. 288. 289. sqq.

## §. III.

Sequitur nunc *Christianus Wolffius*, ~~vir~~  
celeberrimus. Hic anno M DCC XXI.  
in Hallensi academia edidit *verumuffige Gedancken von der Menschen Thun und Lassen*; quem librum in quatuor distribuit partes; harum prima philosophiam practicam universalem complectitur, altera officia hominis erga seipsum explicat, tercia exhibet officia erga Deum, & in quanta expönuntur officia hominis erga alios. Conjunxit itaque doctrinam de moribus cum jure naturæ. Principia sua *metaphysica* semper citat, & ad hæc lectores delegat. In quarto primæ partis capite regulas generales de conjectandis hominum moribus explanat. Vide *Actor. Erudit. anni M DCC XXI. mensē Januarium*; & *Jo. Franc. Buddei virtutum summi, Bedencken über die Wolffianische Philosophie*.

## §. IV.

*Simon Henricus Musæus*, *jureconsultus Kiloniensis* clarissimus, an. MDCCVIII. sc.

*selectas ex J. N. controversias foras dedit,*  
*quibus quædam singularia hujus doctrinæ capita egregie illustrantur.* Et *Cristianus Gottlieb Schwarzius*, celeberrimus philosophiae moralis & eloquentiæ in académia Altdorfina professor, anno M DCC XI. tria edidit *specimina controversiarum J. N. ex historia Græca*, quæ lectio sunt dignissima.

## §. V.

Denique ordo me ducit ad *Joannem Godefridum Vogelium*, virum eruditissimum, qui anno M DCC XIII. Dresdæ breviarium *Juris naturæ* typis excudendum curavit; quo in libro omnia concernia brevitate firmiter inter se connexuntur.

## C A P. XIII.

## DE

*Meritis M. H. Gribneri in J. N. studium.*

## §. I.

PERVENIO nunc ad illum virum, qui recentiori ætate tam præclare de J. N. studio meritus est, ut plurimis paltram præripuerit. Is est *Michael Henricus Gribnerus*, potentissimi Polonorum regis

gis a consiliis aulæ atque justitiæ, & co-  
laboratus jurium in Wittembergensi aca-  
demia professor: qui an. M DCG XVII  
Wittembergæ principiorum jurispruden-  
tiae naturæ libros quatuor typis exscri-  
bendos curavit; quibus fere nihil exco-  
gitari potest elegantius.

*Vic hic illustris laudato opere premi-  
fit eruditissima prolegomena, in quorum  
capite primo differit de jure in genere;  
in altero vero capite de jure divino ge-  
neratim exponit: in tertio capite specia-  
tim de jure naturæ agit: in quarto vero  
de primo J. N. principio disputat eru-  
dite; & tandem in quinto capite ratio-  
nem tradendi præcepta naturæ indicat.*

*In primo libro explicat officia homi-  
num in statu naturali (1), tam generalia  
quam specialia; tam absoluta, quam hy-  
pothetica quæ ex certa conditione &  
conventione oriuntur. De ipso statu  
naturali ejusdemque incommodis vere  
& accurate philosophatur, & reliqua o-*

E mnia

---

(1) Sive ea, quæ etiam extra civitatem &  
republicam observare debent.

mnia ita persequitur, ut magna ex hu-  
jus libri lectione in lectores redundet  
utilitas.

## §. IV.

In secundo libro & originem rerum publicarum ostendit, & earum jura com- monstrat, atque de officiis principum pariter atque subjectorum accurate exponit, varias denique rerum publicarum formas explicat (m). In tertio libro *jus gentium* exhibet, & de officiis rerum publicarum inter se, belli pacisque tem- pore, erudite differit.

## §. V.

Et tandem in quarto libro legum ci- vilium cultoribus viam monstravit in- justitiam & æquitatem juris civilis in- quirendi. Idcirco legum humanarum in- dole rite exposita rationem ostendit,

qua

(m) Hic itaque liber *jus publicum universale* con- tinet; de quo etiam scripserunt Jo. Fridericus Hornius in *politica archisectorica*, Ulricus Huberus in *opere de jure civitatis*, adnotacionibus celeberrimi Chrift. Thomasi illustrato; & per illustris Justus Hen-

qua illæ ad naturalis æquitatis principia revocari debent. Quæ hoc in libro proposuit, illis titulum *juris civilis universalis* præscripsit; & haud obscure indicavit, quantum utilitatis ex hac tractatione capere possint *civilis jurisprudentia* studiosi.

### §. VI.

Geterum illustris & celebratissimus auctor & aliorum de præceptis J. N. Schenckias fidèliter recensuit, & eas sub examen admodum modeste vocavit, atque aperte maxime demonstravit, se ab amore logomachiarum esse alienum. DEUS O. M. tanto & tam illustri viro pro sua gratia firmas largiatur vires, ut plura scripta tam eximia orbi litterato exhibere queat.

E 2

CAP.

ningius Bochmerus in *introduct. ad jus publ. universale.*

## C A P. XIV.

Academiae et Bibliothecae

*Glafeji, Wagneri, Hombergkii & Syribis  
libris J. N. illustrantibus.*

## § I.

**A**DAMUS FRIDERICUS GLAEFES, PHILOSOPHIAE  
& JURIS UTRIUSQUE DOCTOR ERUDITISSI-  
MUS, QUI, EDIDIT VARIA SCRIPTA LEcta DIGNA  
SEQUE, NOMEN SUUM JAMDUDUM IMMO-  
RITALITATI COMMENDAVIT, AN. M DCC. XXIII.  
FRANCOFORTI & LIPSIÆ PRÆCLARUM & FA-  
SPISSUM OPUS TYPIS EXSCRIBENDUM CURA-  
YIT, QUOD INSCRIPTUS: *Vernunffii - und Væl-  
cken - Recbr.* TORUM OPUS IN SEK LIBROS  
DISTRIBUIT. PRIMUS LIBER EXHIBET BREVEM  
JURIS NATURÆ HISTORIAM. LIBER SEXTUS  
CONTINET JURA GENTIUM, QUÆ VARIIS IISQUE  
LUCULENTIS EXEMPLIS ILLUSTRAVIT. IN FINE  
ADJECIT & PLENIOREM RERUM PERTRACTATA-  
RUM INDICEM & COPIOSUM VARIATUM DIS-  
SERTATIONUM QUÆDAM J. N. CAPITA ILLU-  
STRANTVM CATALOGVM; OFFICIA ERGA DEUM  
PENITUS OMISIT. MULTA CÆTERUM HIC LIBER  
TRADIT, QUÆ ALII SCRIPTORES PRÆTERMISE-  
RANT: MULTA, QUOQUE CLARIUS EXPLICAT AT-  
QUE

que ab aliorum objectionibus liberat, quæ à ceteris scriptoribus solum àī ēr παρόδω dicta sunt. Eos singulare cum modestia refutat, contrā quos disputare solet. In decidendis controversiis J. N. specialibus judicij sui ἀνθεκτικού palam ostendere studuit. Vbique certe demonstravit, se in optimorum librorum lectione egregie fuisse versatum. Interdum etiam παράδοξα defendit.

## S. III.

*Jo. Georgius Wagnerus, jurisconsultus doctissimus, anno M.DCC XIX. edidit juris naturalis & gentium librum clementarium (n).* In hoc libro jus naturæ non considerat ut leges propriæ sic dictas (o); sed tanquam ordinem in natura hominum fundatum: huic vero voluntatem humanam per modum interne obligationis obtemperare clarissimus auctor adfirmat. Principium

E 3 co.

(n) Prodiit Halæ Magdeburgicæ in 8.

(o) Qua in re communem Thomasi inorum recentiorum errorem amplectetur atque tuctur.

cognoscendi jura naturalia, quod idem  
fundamenti loco posuit, magna laborat  
obscuritate, &, nisi me omnia fallent,  
a paucissimis poterit intelligi. Illud  
autem, ex mente ipsius, hac propositio-  
ne exprimitur: *omne, quod per voluntate-  
rem hominis existere potest, illud post sen-  
sum causae potioris existere debet.* O the-  
sin maxime obscuram!

### §. III.

Vir doctissimus *Jo. Fridericus Hombergk*,  
cujus nomen apud jureconsulitos ma-  
gnum est ac celebre, in luculenta com-  
mentatione *de jurisprudentia rationali*  
multa docuit, quæ alibi frustra quæsi-  
veris.

### §. IV.

Agmen claudat philosophus celebra-  
tissimus *Jo. Jacobus Syrbius*. philosophia  
primæ ac rationalis in academia Jenensi  
Professor ordinarius. Hic in *nexus do-  
ctrinae philosophicae (p)* ejusque parte quar-  
ta

---

(p) Sive in der Anweisung zur Weisheit und  
allen dabin unmittelbar geboerigen Wissen-  
schaften. Prodiit Jenæ anno 1724. in 8.

ca exhibuit elegantissimum J. N. & G. compendium; quod veritates huc pertinentes in tam eximio ordine, atque in tam jucundo nexu ante oculos ponit, ut homo descendit cupidus ab illius consideratione non possit discedere prius, quam illud pernitus perlegerit. Hanc certe synopsin qui non omni laude dignam censet, næ ille ignorat, quid sit pulcrum. Nihil magis in votis habeo, quam ut brevi videre possim ejusdem celeberrimi viri pleniores institutiones juris naturalis: tunc enim plurimorum doctorum virorum votis fieri satis.

## C A P. XV.

DE

*Scriptoribus juris gentium speciatim.*

§. I.

**F**alluntur, qui fingunt jus gentium esse jus a iure naturali penitus diversum (q): nam nihil est aliud, quam ipsum E 4 jus

(q) Horum in numero primum fere locum obtinent Samuel Rachellus & Jo. Joach. Zentgravius: ille Kiloniensis jureconsultus, hic theologus Argentoratenfis.

jus naturæ, prout integrarum gentium actiones per illud diriguntur; ideoque neque ex consensu gentium moratorium, neque ex pactis rerum publicarum, neque ex legibus civilibus pluralitati gentium convenientibus jus gentium deduci ac derivari debet. Id quod pluribus verbis comprobatum iverunt summe reverendus Jo. Franc. Buddeus Part. II. philos. pract. cap. I. §. 12. seqq. illustris Mich. Henr. Gribnerus Part. III. princip. juris nat. cap. I. & celeberrimus J. Jao. Lebmannus in bilance Europe cap. II. §. 21. seqq. Conferatur summe reverendi Jo. Dav. Schwerteri dissertatio de discrimine juris gentium a jure naturæ, Lipsia anno 1685. habita.

### §. II.

Jus gentium alias dicitur jus belli & pacis. Si quibusdam adsentiri velimus, Aristoteles jam olim confecerat librum περὶ τῶν δικαιωμάτων τῶν πολέμων. Hic certe liber periit. At jam ante Grotium Albericus Gentilis, juris in Academia Oxoniensi olim professor (r), librum de jure

(r) Natus fuit anno 1550. Munus Professoris Ox.

*jure belli conscripsit*; qui tamen multa continet; quæ attinet à lata sunt lapilli. Posthunc *Hugo Grotius*, vir summus, in celeberrimo opere de *jure belli & pacis* iura gentium explicuit: sed graviter in eo erravit; quod unigeniti concessit jus puniendi alteram, siveque *Bella Punitiva* inter gentes adprobavit atque defendit.

## §. III.

Etiam *Richardus Zoucheus* scripsit explicationem juris inter gentes. Postea *Jo. Wolfgang Textor* edidit *Synopsin juris gentium*. Deinde *Samuel Rachelius* dissertationem (f) de *jure gentium*; in qua maxime Aristotelis dictum sequitur, nec facile quidquam adfert, quod alibi non legatur. *Zouchei* liber anno MDC LIX. Hagæ Comitum typis excusus est. Quamvis vero hilaude sua privari non debeant (g) adfirmari tamen nequit, eos veris ac certis

E 5 prin.

Oxonii suscepit anno 1582. Diem supremum obiit anno 1608.

(f) Prodiit Kilonian. 1675.

(g) *Zouchei* liber ideo præsertim commendandus est, quod is pleraque dogmata variis illustravit exemplis.

principiis doctrinas suas semper superstruuisse. Vide J. F. Buddei *bist. jur. natural.* §. 50. & *de jure gentium* §. 4. & *de iure belli & pacis* §. 4.

Hos postea secutus est Jo. *Jacobus Mulerus*, philosophiae & juris utriusque doctor, ac in academia Jenensi doctrinæ moralis & politices quondam professor, & anno M DC XCIV. edidit *institutiones juris prudentie gentium* (u); in quibus *Hugonis Grotii* (x) ductum maxime secutus est, & successu quidem faustissimo.

### §. V.

Venio nunc ad virum perillustrem *Henricum Coccejum*. Is edidit succinctas *positiones pro explicatione juris gentium*, quæ cum magno maximorum virorum applausu exceptæ sunt, adeo, ut vir doctissimus *Fridericus Hermannus Cramerus* eruditissimo commentario easdem illustraverit.

### §. VI.

(u) prodierunt Jenæ in &

(x) hujus libros tres de jure belli & pacis tam feliciter interpretabatur, ut *alter Hugo Grotius* a quibusdam diceretur.

## §. VI.

Anno M DCC IX. vir clarissimus *Samuel Fridericus Willenbergius*, cuius nomen ob recentiores de polygamia (y) controversias omnibus notum est, *facilius* *mentia iuris gentium prudentia* in publicam emisit lucem. Hic luculenter ubique demonstravit, se *Grotii*, *Cocceji*, aliorumque liberos admodum diligenter perlegisse, & eclecticam philosophandi rationem admatuisse.

## §. VII.

Recentissimus scriptor est celeberrimus *Jo Fridericus Hombergk* cuius *jus gentium* dignum est, quod ab omnibus studiose legatur. Præter hos *Buddens* quoque *Gribnerus*, *Gundlingius*, *Fleischerus*, *Glafejus*, & alii, libris antea laudatis doctrinam de *juribus gentium* adjunxerunt.

## C A P. XVI.

*Exhibens historiam doctrinae de legibus de  
vinis positivis universalibus.*

## §. I.

**L**eges divinæ commode dividuntur in *naturales* & *positivas universales*. Leges

(y) Videatur, summe reverendi *Gottlieb Wern-*

ges naturales sunt, quæ cum natura hominum arctissimum habent nexus; & in quibus dispensatione nullus conceditur locus. Leges positivæ universales sunt, quæ latæ sunt ante constitutam rem publicam Iudaicam, & in novo Testamento repetuntur, ac quarum violatio etiam inter ethnitos punita fuit; quales sunt leges de sanctificando sabbatō, de prohibita polygamia, de omissione divorciis, de imperio mariti in uxorem, de homicida capite plectendo, de gradibus consanguinitatis prohibitis & reliquo.

## §. II.

Jam Hugo Grotius haud obscure indicavit, præter naturæ leges esse adhuc alias, quæ a libra Dei voluntate profectæ & universo hominum generi latæ sunt. Videatur hujus liber I. de J.B. & Pacis Cap. I. §. XV. Idem postea docuit Samuel Pufendorfus & in majori & in minori opere de jure naturæ. Hoc quoque discrimin adseruerunt clarissimi theologi, Jo. Conr. Dannhauerus, Jo. Adamus Scherzerus, &

com-

---

Wernsdorpii erudita dissertatio de polygamia Wittenbergæ anno 1617. edita,

complares alii. Vide hujus *System.* *theor.*  
*log.* *Loc. IX. §. IX.*

## §. III.

Postea per illustris *Christians Thomasius* polygamiæ defensoribus id quidem dedit, secundum leges naturæ haud nefas esse, plures ducere uxores; sed id esse nefas propter leges divinas positivas universales. Et quo hoc perspicue satis communiqueret, in altero capite libri primi *institutio* *onem jurisprudentia divina* (z) de natura & àndole jurispositivi universalis satis verbosè exposuit. Hujus deinceps sententiam amplexi sunt. *Gottlieb Gerhardus Titius* (a), & *Jo. Franciscus Buddens* (b), gravissimis rationibus permetti.

## §. IV.

Verum enim vero sicut *Thomasius* in *jurisprudentia divina* hasce leges admodum distincte explicuit, si quoque alibi (c)

(z) præsertim §. 117. 118. seqq.

(a) *Observat.* *XCI.* ad *Pufendorfi librum de off. hom.* & *trivis*, n. 6. & seqq.

(b) *Element. Philosoph. Pract.* part. 2. cap. 2. §. 13.

(c) *nimirum in dissert. de jure adgratiani in causa homicidii* cap. I. §. 17. nec non in *obser. Halens.* *Tom. VI.* obs. XXVII. atque in *Fundam. J. N.* & *G. lib. I. cap. 5.*

discrimen illud inter leges divinas penitus destruere ausus est. Qvam inique autem hac in re egerit, *Fridericus Genzenius* in erudita dissertatione, sub praesidio *J. Philippi Paltbenii de legibus naturae Gyphiswaldiae anno M DCC IV. habita*, comprobatum ivit. Idem fecit maxime reverendus *Io. Andreas Grammlichius*, qui anno M DCC XVI. edidit (*d*) placidas ac modestas vindicias legem divinarum positivarum universalium; in quibus ad singulas Thomasii objectiones & singulari cum modestia & cum magno eruditionis apparatu respondit, simulque contra eundem perillustrem virum luculenter demonstravit, leges divinas omnes esse leges proprias sic dictas.

## §. V.

Postea etiam celeberrimus *Io. Franciscus Buddeus* in utilissimis institutionibus theologiae moralis (*e*) anno M DCC XI. Lipsiae editis, suam de legibus divinis positivis universalibus immutavit sententiam. Primo existimat, ea incerta esse, quæ de promulgatione illarum legum vulgo dicuntur: as docissimus *Grammlichius* (*f*) adserit, non opus

(*d*) *Francofur. & Lip. seu potius Altdorfii, in 4.*

(*e*) *Patt. II. cap. I. § XI p.m. 370.*

(*f*) *in vindiciis supra laudatis, §. 12. 13. 14. seqq.*

opus esse, ut de modo promulgatioissimus folliciti, si effectus ac vigor cuiusdam legis protest, & hoc cognito colligi debere existere illam legem, idque ad præsens institutum hoc modo applicat: ubi poena locum habet, ibi legem existere necesse est, cum sanctio poenialis sit altera pars legis, quocunque igitur modo promulgatio ejus facta sit, mibi perinde est: iam vero Grotius lib. II. cap. V. §. XIII. adducit exempla, ex quibus conspiciatur, eas ipsas leges apud gentes olim barbaras in usum fuisse. Deinde laudatus Grammlichius eruditus comprobat, plurimarum legum, quæ positiva universales dicuntur, promulgationem absque ulla ratione vocari in dubium, idque illustrat per leges de vetita arbore scientia, de septimo die pie celebrando, de monogamia, de homicidis capite plectendis, &c. Porro existimat summe reverendus Braddæus, istam has leges promulgandis rationem, quæ vulgo statuitur, non esse sufficientem, ut per eam ad omnium hominum notitiam leges istæ pervenire potuerint: ac doctissimus Grammlichius evincere studuit, earum noticiam ad omnes transisse homines per traditionem continuam (<sup>a</sup>); idque illustrat exemplo legis de sanctificando sabbatho (<sup>b</sup>). Sed ut ex occur-

(a) Idem sentit Hugo Grotius lib. 2. cap. 5. §. 13. num. 2.

(b) conf. edeb. 70. Jac. Syrbii Dissert. de Sabbatho gallicum, Jenæ anno 1700. habita.

rentibus difficultibus sese expediret magis. *Buddeus*, distinguere coepit inter leges *absoluatas*, atque *hypotheticas*: has, vocavit, quæ certum aliquod institutum supponunt; instituta autem vel Humana vel divina esse contendit: & quidem divina esse dicit arborem veticam in paradiſo, matrimonium, sabbatum, &c. Verum & ad hæc clarissimus Grammlichius citato loco respondit. Confer sumime reverendi Henrici Klausingii dissertationem de *legibus divinis posse vires universali- bus*. Wittembergæ anno M DCC XI. editam.

## §. VI.

*Leges hisce quoque titulus est A.D. Georgius Beyerus in delin. jur. nat. & post. universalis B. D. Epbr. Gerhardus in cap. VII, de lin. jur. nat. reliquas quidem admittit; sed leges de sanctificando sabbatho, de imperio mariti, de non comedenda carne suffocati de capitalibus adulterii & homicidii peccatis, iisdem adnumerare dubitat.*

## §. VII.

Recentiori ætate duo celeberrimi viri doctrinam de legibus hisce denuo explicarunt & defenderunt, nimirum *Fridericus Genzenius* & *Jacobus Friedericus Ludovici*: ille in *Systemate philosophia*, an. M DCC XXII. edito, ejusque parte ultima; hic vero in doctrina iuris naturæ iuridice considerata, quæ Giessæ nuper prodiit, post doctri- simi auctoris obitum.

SOLI DEO GLORIA!





177.

